

mini imperatoris ad eum, sic quod ista secunda vice illuc iverunt pro aliis occaxionibus; et nondum reversi sunt.

Dominus archiepiscopus Maguntinen(sis)¹, qui est unus de ellectoribus, venit ad dominum imperatorem pro magna causa, sicut dicitur, sed eam causam adhuc scire non potui.

Marchio Brandeburgensis², gener domini imperatoris, est penes eum et post heri vidi ipsum cum eo. Et dicitur, quod ipse locavit domino imperatori marchiam Brandeburgensem usque ad certum tempus satis longum pro certa summa pecunie, septiannis singulis persolvenda³.

Heri etiam obviavi domino episcopo Spirensi, dum venirem Pragam, qui ibat ad dominum imperatorem⁴.

De societate autem, que erat olim hoc anno scilicet in partibus Rheni, dicitur, quod ipsa abstulit unam bonam terram de ducatu Luzemburgensi nomine Tiomville, ad quam bene iam fui⁵.

Alia non habeo scriptu digna. Precor dominationem vestram, ut per Deum mihi rescribatis sine aliquibus induciis, quod vultis me esse facturum, quia cum magno meo incomodo et dampno rerum mearum traho tam diutina moram hic. Dominationi vestre me suppliciter recomendo.

Datum Prage die XVIII. Decembris.

Familiaris vester Andreas de Godio.

In verso von derselben Hand:

Magnificis dominis dominis Mantue etc. dominis meis karissimis.

Die Persönlichkeit des Berichterstatters ist bereits bekannt: Andreas Paynellus de Godio findet sich in Lindners Verzeichnis der Notare Karls IV.⁶ Am 9. April 1354 sandte Karl den drei Brüdern Gonzaga ein ausführliches Empfehlungsschreiben für die Familie des An-

1) Gerlach. 2) Otto. 3) BH 4219, Reichss. 425. 428. 4) BH 4219. 5) Gemeint ist hier die 'böse Gesellschaft', die unter Führung des 'Erzpriesters' Arnold de Cervola im J. 1365 Lothringen und Elsass verheerte. Vgl. Bott, Die Kriegszüge der englisch-französischen Soldkompagnien nach dem Elsass und der Schweiz unter der Regierung Karls IV., Diss. Halle 1891, S. 20 ff.; Boy, Die Stellung des Herzogtums Lothringen zu Deutschland und Frankreich während der Regierungszeit Herzog Johanns I. (1346—1390), Diss. Halle 1904, S. 35 ff. Ueber Streifzüge der Bande in die Gegend von Diedenhofen Teissier, Hist. de Thionville (1828) p. 55; vgl. auch Calmet, Hist. de Lorraine II, 552. 6) Zum ersten Male 1354 Februar 17.